Itaq; non est contemnenda græcorũ structura. Non enim utuntur è molli cœmento polita, sed cum discesserunt à quadrato, ponunt de silice seu de lapide duro ordinariam, & ita (uti lateritia struentes) alligãt eorũ alternis coriis coagmenta, & sic maxime ad æternitatem firmas perficiunt uirtutes, Hæc autem duobus generibus struuntur, ex his unum isodomum, alterum pseudisodomum appellatur. Isodomum dicitur, cum omnia coria æqua crassitudine fuerint structa, pseudisodomum, cum impares & inæquales ordines coriorum diriguntur.

Corijs, li tour




a. Isodomũ

b. Pseudisodomum

Ea utraq; sunt ideo firma, primũ, ꝙ ipsa cœmẽta sunt spissa et solida ꝓprietate, neq; de materia possũt exu